Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



119 227

Fratres Gratias ago deo meo semper pro vob
in gratia dei que data est vobis in xpo iesu: quia
in omnibus diuites facti estis in illo: in omni verbo et omni
scientia: sicut testimonium xpi confirmatum est in vobis
ita ut nichil vobis desit in ulla gratia expectantibus
revelacionem dni nri iesu xpi Qui et confirmabit vos
usq; adfinem sine crimine: in die aduentus dni nri
iesu xpi GRAL. Letatus sum in his que dicta sunt mi
hi domum dni ibimus ℣. Fiat pax in virtute tua et habun
dancia in turribus tuis ALLA ℣. Laudate dnm omnes
gentes et collaudate eum omnes pli SCDM MATHEM
In illo tempore accesserunt ad iesum pharisei: et in
terrogauit eum unus ex eis legisdictor temptans
eum Magister: quod est mandatum magnum in le
ge. Ait illi iesus Diliges dnm deum tuum ex toto corde tuo
et in tota anima tua: et in tota mente tua Hoc
est maximum et primum mandatum Secdm autem simile
est huic Diliges proximum tuum sicut teipsum In his
duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete
Congregatis autem pharisei: interrogauit eos
iesus dicens Quid vobis videtur de xpo? Cuius filius
est Dicunt ei David Ait illis Quomodo ergo da
uid in spiritu vocat eum dnm dicens Dixit dns dno
meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos
tuos: scabellum pedum tuorum Si ergo dauid vocat
eum dnm: quomodo filius eius est? Et nemo pote
rat respondere ei verbum: neq; ausus fuit quisq;
ex illa die eum amplius interrogare OFFERTORIUM
Sanctificauit moyses altare dno offerens super illud
holocausta et immolans victimas fecit sacrificium vesp
tinum in odorem suauitatis dno deo in aspectu filiorum israhel.